UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputationum Ludwellianarvm Secvnda

Malcomesius, Johann Richard
Schmoll, Wilhelm Bernhard

Giessæ Hassorvm, 1666

Viri Generosi, Præstrenui, Nobiliss. Ampliss. Excell. Experientissime ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35925

Visual Library

VIRI Generoſi, Præſtrenui,

Nobiliſſ. Ampliſſ. Excell. Experientiſſime, plurimum Reverendi atque Clariſſimi.

IGnoſcite, precor, libertati, quam princeps reliquarum Virtutum, hu-
manitas Veſtra mihi fecit. Inter repugnantis animi rixam, cùm eos, qui
continua celſorum negotiorum veſtrorum glomeramina heterogeneis
occupationibus diſtinguere non verecundantur, ego maximoperè pec-
care crederem, atque ut tam inutilis Cultor facilè admitterer metuerem,
auctoritas Parentis, cuius nutus mihi præcepti loco eſt, timiditatem meam
armavit. Nimirum tot luculenti benevolentiæ atque favoris veſtri chara-
cteres, quos in eo extare longo ordine ita voluiſtis ut ſuæ erga *Præſtrenuas*
Veſtras Generoſitates, Nobil. Ampl. Excell. & Rever. Claritates profundæ
obligationis declarandæ occaſionem ſæpe optaverit, fecére, ut impræſenti
quandoquidé alius de tantis Patronis bene merendi campus ſe nondū ape-
rit, maximorum Veſtrorum beneficiorum memoriam ad publicæ famæ
tholos ſuſpendere, atque hoc modo nomen noſtrum aliquatenus liberare
auſus fuerim; *Deum* ardenter invocans, ut in publicum bonum
Præſtr. Veſtr. Generoſitates, Nob. Ampl. Excell. & Rev. Claritat. re-
bus humanis quàm diutiſſimè intereſſe patiatur, omnibus veſtris a-
ctionibus largiſſimè benedicat, fortunam, quâ vos hucuſque
beavit, indies indieſque cumulare pergat, meque divinâ ſuâ gratiâ
ſic gubernet, ut dum animum per bonarum Artium circulos lævigare
non deſiſto, à candidis rerum æſtimatoribus dignus aliquando judicer, qui
non minus ac Parens meus tantorum Virorum reſpective devotus cliens
atque ſervitor dici queam, quem ſanè temporis articulum in maxima felici-
tatis terrenæ parte deputabo: Interea ſcriptione hac tanquam ſyngraphâ
omniâ quæcunque à parvitate mea quandoque proficiſci poterunt, ſub-
arrhare atque conſecrare volui, debui

V. V. V. V. V. V. V.
Præſtrenuarum Generoſitatum,
atque
Nobiliſſ. Ampl. & Excell. ac plur. Rever. Claritatum
Humilis & obſequioſus
Cultor
Wilhelm Bernhard Schmoll/ dictus Eyſenwerth.
LL. Studioſus.

Exanclabam Gieſſæ die 23.
Januarii Anno 1666.